



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

10 De probationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

vica, Aristoteles, lib. 5. & hic. c. 5. dum ex-
 plicat quoque legem simile Rhadamanti.
 d ca. 1. de calumniatori. lib. 5. tit. 2. sacrate
 & ibi persona dicta sunt Ecclesiastica, &
 c. non nos beatum Petrum, 40. dist.
 e cap. si. de calumniatori. dixi de calumnia-
 torum & accusatorum delictis, lib. 3. 2. Syn-
 tagma. iuris vniuersi, c. 20. 21. 22. Sicque
 in summa denuntians, ut accusator, si non
 probat, quod intendit, calumniari presu-
 mitur, can. qui non probauerit, 2. q. 3. l. 1.
 C. de aduocatis diuersi iudi. Probabitur
 autem non proposuisse animo calumnia-
 di, ex purgatione canonica, qua pendet ex
 arbitrio iudicis, num talis sit. Sunt enim
 purgationes arbitrario, c. inquisitionis, de
 simonia. maxime ubi non sunt forma pur-
 gationis determinata a lege, ca. de causis, §.
 illis autem, de offi. deleg. probabitur & per
 iuramentum, ut c. presentium, de testibus.
 c. pastoralis, de excep.
 f Non minus quam maledici libellos famo-
 sos secrete componentes, l. vnica, de famos.
 libel. C.
 g l. penult. de delatorib. lib. 10. C. inter calu-
 mniatores positi, qui secreto deserunt. l. no-
 stris, de calumniat. Cod. ita Tyberius Casar
 precipuos ex delatoribus priuatis, qui an-
 tea ab Imperatorib. probabantur, & pra-
 mio donabantur, vno die occidi iussit, ut
 scribit Dio Cassius, li. 38. Titus vero vrbe
 expulit, ut ait Xiphilinus ex Dione. At
 Traianus naufragio sine velis & remis
 nauibus impositos, mari exposuit, ut testis
 Plinius in Panegyrico eius. Euadet tamen
 maculam delatoris, is qui denuntiauerit,
 si sua inierit, l. deferre, §. sed et si commu-
 nem, & l. delator, de iure fisco. l. nulla ma-
 cula, de delator. lib. 10. C. c. 3. de accusat.
 h l. 1. & 3. de prauaricatoribus. P. l. 1. ad se-
 natuconsultum Turpil. P. l. 4. athletas, §. item
 prauaricatores, de his, qui notant infam. P. l.
 prauaricatores, 212. de verborum signifi-
 cat. vide quae dixi, de prauaricatore eius-
 que poena, libr. 32. syntagmatis iuris vni-
 uersi, c. 21.

Ai l. 1. ad senatuconsultum Turpil. vide & quae di-
 ximus, de tergiversatore praedicto, lib. 32.
 syntagmatis, c. 22. Quis dicatur destituisse
 ab accusatione, tractatur in l. fi. C. ad sena-
 tuconsultum Turpil. l. destituisse, l. ab accusatione,
 in prin. & §. destituisse, de accusat. P.

DE PROBATIONIBVS.

TITVLVS X.

Ba Agitur de probationibus, lib. 2. decretalium, tit.
 19. lib. 2. Clem. tit. 7. lib. 22. P. tit. 13. de probati-
 onibus & presumptionibus, & lib. 4. C. tit. 19.

CAPVT I.

- 1 Continuatio.
- 2 Et quid probatio.
- 3 Diuisio.

IN criminalibus & ciuilibus causis ¶ ple. 1
 raque dubia, idque fere semper, propo-
 nuntur, de quibus probatio exigitur, ante-
 quam certa sententia ferri possit, quae se-
 cundum allegata & probata fertur, & pro-
 inde post petitiones, accusationis propo-
 sitiones & contestationes necesse est, per-
 ueniri ad probationes, a actore quippe
 non probante, reus absoluitur. b

Causa iudicii, ¶ aut argumeto, aut pro-
 batione constat. Argumentum, nunquam
 testibus, nunquam tabulis dat probatio-
 nem, sed sola sui inuestigatione inuenit ver-
 ritatem. Vnde dictum argumentum, quasi
 argute inuentum, probatio autem testib.
 & fide tabularum constat. c Probare est rei
 dubiae fidem facere. d

Probationum ¶ quaedam apertissima
 & euidentissima, e quae maxime in crimi-
 nibus demonstrandis exigitur, falsa, quae
 euident & clara, quae fit per testes, vel facti
 euidentiam, seu apparentiam. g Alia mi-
 nus euident, quae fit per coniecturas. h
 Rursum probationum quaedam plena, quae-
 dam semiplena vel imperfecta. Plena quae
 perfecta, & quam lex censet habendam
 pro veritate, i & ex qua iudex adducitur ad
 fidem & credulitatem eius, quod propo-
 situm

litum est, & semiplena ea est, quæ non o- A
minino perfecta est. l

S C H O L I A.

- a Illicitas, §. veritas, de offic. prasid.
b l. qui accusare, C. de eden. leg. actor. C. de
probat.
c c. cum ecclesia, de causa propria.
d c. forus, 10. §. causa, de verb. signific. & ita
probatio dicitur lumen veritatis, in l. 4. de
temporibus & reparatio appell. & luci cõ- B
paratur, l. fi. C. de prob.
e De qua meminit, ca. 1. de except. in Sext.
quando ea est indubitata & clara.
f Vi sit luce meridiana clarior, cano. quis-
quis, cano. sciant, 2. questio. 8. & l. sciant,
C. de probatio. excepto crimine simonia,
ad quod etiam per verisimiles prasumptio-
nes peruenitur, cap. scicut, de simonia. & in
crimine hareseos, ca. cum contumacia, de
heretic. in Sexto. l. 1. C. de heretic. Quia C
ista crimina solent, ut plerunque in secre-
to committi, & ideo, ut nec similia occul-
ta, facile nisi prasumptionibus detegun-
tur.
g can. scelus, can. primo, 2. qu. 1. c. tua, de co-
habita. clericor. & mulier.
h Vi in cap. adferre mihi gladium, de pra-
sumtio.
i Notat Decius ad rubric. de probatio. num.
12. gloss. ad l. proprietatis dominium, 4. de D
probatio. C. & in text. ibi, quibuscunque
aliis legitimis probationibus ostendi-
tur. Panormitan. ad capit. fin. §. 1. num. 7.
de in re iur. an.
k Panorm. in proximo citato loco, facit l. ad
fidem de testibus, l. quinquaginta. in fi. de
probat. l. 1. C. de reb. alien. no alien. l. eos, &
ibi glo. ad verbum, iudiciarie, de testibus.
Cod. Qualiter autem iudex ad certam fi-
dem adducatur, certa regula dari non po-
test, plerunque autem id sit, aut per te-
stes, aut per prasumptiones, aut confessiones
partium, ut in capit. cum causam, de pro-
batio. in l. 3. ibi, tu magis dispice, de testi-
bus. Pand.

l Semiplenam probationem dicunt interpre-
tes unum testem, literarum comparatio-
nem, scripturam priuatam, leuem prasum-
tionem.

C A P V T I I.

De quibus fit probatio.

DE dubiis fit probatio, nõ de notoriis: a
neq; etiam quis admitti debet ad pro-
bationem eius, quod probatum non re-
leuat. b

S C H O L I A.

- a in ca. tua nos, de cohabita. clericor. & mu-
lier. c. super eo, 3. de testibus. cog. ca. de ma-
nifesta, 17. 2. q. 1. Id ipsum cũ distiñtione
relatum his verbis, de manifesta & nota
pluribus causa, non sunt quærendi te-
stes, &c. si sine tergiversatione negari
non potest. Et postea, in §. sed sciendum,
addit Gratianus, sed sciendum, quod eo-
rum, quæ manifesta sunt, alia sunt nota
iudici, & incognita aliis, alia sunt mani-
festa aliis & occulta iudici, quædam ve-
ro sunt nota iudici & aliis. Quæ iudici
tantum nota sunt, sine examinatione
ferri non possunt, quia dum accusatoris
persona assumitur, iudiciaria potestas
admittitur. In vna namque causa nemo
potest simul esse accusator & iudex. Sed &
quædam nosse potest iudex, quæ perinde ha-
bentur, ac si ignoraret, veluti si ei detecta
sint in confessione auriculari tanquã Deo,
can. fin. §. sed mirandũ, 15. q. 5. c. si sacer-
dos, 2. de offic. ordin. nisi & alibi idem con-
fessus publice sit, tit. de confessis in vtro-
que iure civili & pontificio.
b c. per tuas, in fi. versi. c. si probata, de simo-
nia. l. ad probationem. C. de probat.

C A P V T I I I.

Quis probet.

ACCUSANTI & agenti, nõ reo onus pro-
bandi incumbit. a Negantis autẽ fa-
ctum per rerum naturam nulla est proba-
tio. b Per indirectum tamen posset admit-
ti, dum a negatiua in affirmatiuam fit, quo-

Eeeee 3

dam modo transitus, c. vt & is, qui excipit, A
 censetur actor in eo, & suam intentionem
 probare debet. d. Sed & præsumtio quæ-
 dam pro asserente, aliquando transfert onus
 probationis in negantem. e

S C H O L I A.

a ca. bona, 23. §. porro excessus, de elect. can.
 quod autem, 1. §. seq. 6. q. 5. l. qui accusa-
 re, l. actor, 23. de probat. C.

b ca. quoniam contra, 11. de probat. ca. bone
 memoria, 23. vers. contra legati, de elect. B
 nam eius quod non est, nulla existit qua-
 litas, ex qua manifestum dici possit. l. eius,
 qui in provincia, de reb. cred. P.

c c. ex tenore, 35. de testib. Vt autem hoc pla-
 nius fiat, notanda sunt glossa distinguentes
 species negatiue propositionis, una ad can.
 accusator, 2. ad verbum, accusator, 6. q.
 5. §. ad c. bona, 23. §. contra legati, ad ver-
 ba, per rerum naturam, de elect. in quibus C
 negatiua dicitur esse, aut iuris, aut facti,
 aut qualitatis. Quarum quæ facti est, di-
 citur esse aut pura, aut non pura, pura ea
 dicitur, quæ simpliciter proponitur sine de-
 terminati one loci, vel temporis, aut alterius
 rei. Non pura, non simplex. Negatiua pura

probari non potest, directe vel indirecte, ut
 si quis dicat, se non contraxisse, non duxisse
 Bertham. &c. & ista negatiua trans-
 fert onus in dicentem, non in negantem, ut in
 d. ca. accusator, 6. q. 5. d. c. bona memoria,
 cum similib. Non pura vero, cui adicitur
 locus, tempus, vel alia circumstantia, pro-
 bari poterit per indirectum, c. ex tenore, c.
 serius, de testib. l. optimam, C. de contrah.
 stipulat. veluti si exhibeantur instrumen-
 ta, in quibus contineatur contrarium die,
 vel alibi quam asseratur, rem gestam fuisse,
 ut ibi dicitur. circumstantia etiam in-
 ducit in negatiua probationem, qua habet E
 ex consequentia affirmatiuam, ut cum
 quis non sponte dicitur renuntiasse benefi-
 cium, sequitur eum inde, quia non sponte,
 ergo coacte renuntiasse, & illud negans de-
 bet probare, postquam confirmans renun-

tiationem probauerit factam, c. super hoc,
 de renunt. Negatiua etiam iuris probatur,
 ut si negat quis recte factam emancipatio-
 nem, hoc enim probare debet, l. ab ea parte,
 §. 1. de proba. P. continet enim & ibi nega-
 tio affirmatiua, quod ibi sit. omiſſa ſolem-
 nitas, vel quod a iure requisita non fue-
 rint adhibita. Negatiua qualitatis requi-
 rit probationem, si qualitas contra iuris com-
 muni præsumtionem negetur, ut nego ia-
 lem esse idoneum ad beneficium, probare
 enim debet. nã alioquin iure quilibet præ-
 sumitur idoneus, nisi de contrario constet,
 c. duarum, c. si. de præsumt. c. vnic. de serui-
 tute in ordine faciundo, l. cui quidam. l. cum
 pater. §. rogo, de legat. 2. l. omnimodo, C. de
 inoffi. testa. l. ex persona, C. de probat.

d c. in presentia, de proba. l. in exceptionibus,
 eo. tit. P. l. in civile, de rei vendi. l. 1. l. fru-
 strata, C. de proba. l. si ex causa, l. 1. l. ad ſene-
 ratur, de non numeris. pecunia. C. l. si non
 designata, de falsa causa adiect. leg. Et in-
 cumbit probatio, qui dicit, l. ei incumbit, de
 prob. P. quia quemadmodum qui asserit, de-
 bet habere commodum, sic & sentire debet
 onus, l. secundum naturam, de reg. iur.

e Vt in l. si chirographum, 24. de probat. P.
 si chirographum debiti fuerit cancella-
 tum, præsumptione liberatus debitor esse vi-
 detur, & ideo si asserit se soluisse, liberatur
 a probatione, & in contrarium creditor
 debet probare non solutum. Idem si inue-
 niatur chirographum in egrum redditum
 penes debitorem, l. 14. & 15. de solutio. C.
 Multo magis si creditor fateatur se red-
 didisse, l. 2. §. 1. de pactis. Pandect. aut con-
 stet ei reddi mandasse, l. 7. C. de remisſi pi-
 gnor. Præsumtionem autem hanc transferre
 onus probandi in creditorem contrarium
 negantem solutum, docet etiam Cynus ad
 l. 1. C. de probatio.

CAPVT IIIII.

De modis probandi.

I N criminalibus negotiis a & causa ma-
 trimonialibus b plena debet esse probatio,
 & lu.

& luce ipsa clarior, neque semiplena ad-
mittitur. *c* Nec probatio generis in qua-
estione speciei, nisi & in specie fiat, non suf-
ficit, dvt neque alioquin dubia, eattamen
probationis facultas non est coangustan-
da, sed amplianda, *f*

S C H O L I A.

- a* l. fin. C. de probat.
b Quando maxime ad dissoluendum ma-
trimonium agitur, ca. in literis, & ibi glo. B
ad verbum, probata, de testib. *Alexan.*
confi. 143. vol. 2.
c In defectu probationis, vel ad supplemen-
tum in criminalibus non defertur iura-
mentum. *Bartolus* fuso ad l. maritus, num.
4. de questio. & ad l. admonendi, num. 52.
de iur. iur. and. gloss. ad leg. quacunque, ad
verb. agatur, & ibi *Salycet. de iur. iur. fuso*
Panor. ad c. fin. nu. 12. cum seq. de iur. iur.
Quemadmodum autem in criminali causa, C
sic in matrimoniali probatio per famam
cum uno teste non sufficit, quamuis suffi-
ceret in aliquibus causis alius civilibus, vt
notat glossa, ad c. veniens, in v. ad verbum
illorum, de testibus, gloss. in ca. mulieri, ad
verb. absoluto, de iur. iur.
d Veluti si quis dicat, aliquem suum esse sub-
ditum, & ex eo probet, quod sibi tributum
soluerit, quia tributis praestatio aliud potest
significare quam subiectionem, ca. recepimus,
de privileg. cap. quanto, ca. praeter-
ea, de censibus. Itaque probatio generalis vel
equivoca, non relevat probantem super
certa specie contenta sub genere probato, c.
constitutus, de religiof. domib. o. cum vene-
rabilis, de censib.
e cap. de praesentia, 18. & ibi interpretes, de
probatio.
f l. quorundam, in fine. C. de haeretic. l. gene-
raliter, §. necessitate, de rebus creditis, cap.
quoniam frequenter, §. 1. vt licet non con-
testat. & c. can. fin. 14. questio. 2. ca. si-
gnificauerunt, de testibus, ca. quanquam,
14. questio. 2. decisio. *Rota*, 30. fuit dubi-
tatem, in noui.

C A P. V.

Per quae fit probatio.

- 1 Per instrumenta & sine illis, per alia.
- 2 Per praesumptionem certam.
- 3 Per rem iudicatam & confessionem.
- 4 Per literas excommunicationis, per libros antiquos, famam, acta litis, adminicula.

PROBATIO fit vt communiter fieri potest, 1
per publica instrumenta, *a* & sine illis
per alia, ipsiq; deperditis, *b* per iuramen-
tum necessariu, vel iudiciale, *c* per rei no-
torietatem, *d*

Per praesumptionem violentam, *f* vt ex 2
anteacta vita praesumitur praesens, *g* nisi de
praesenti contraria liqueat, *h* praesumitur
& ex anteacta vita, quae erit futura, *i* & e-
ruitur praesumptio animi, quod male agere
voluerit ex ipso negotio male acto, vt si
quis lanceas, vel sagittas in mortem in a-
lium mittat, quamuis deprehensus dicat
ludens feci. *k* Praesumitur & contra eum,
qui iudiciu subterfugit. *l* In dubiis & praes-
umitur quilibet esse idoneus, *m* & bo-
nus, *n* vicini quoque scire facta vicinorum
praesumantur, *o*

Fit & probatio fit per rem iudicatam, *p* 3
per confessionem quoque rei contra se
confitentis, *q*

Per literas etiam fit excommunicatio- 4
nis probatur excommunicatio, donec con-
trariu & absolutio probetur. 7 fines dice-
ceseos, per libros antiquos, per testes, per
famam, & alia adminicula probari possunt, *s*
acta litis ordinaria facta coram prioribus
iudicibus, fidem faciunt coram secundis
inter easdem personas, & in eodem nego-
tio. *t* Adminicula autem, etsi per se seor-
sum non probent, tamen probationem
adiuvant: *u* & vt plerunque probationes
plures imperfectae, si tendant ad eundem
finem, coniunctae faciunt plenam proba-
tionem, secus si ad diuersum, *x* fama autem
probandi vim non habet, nisi aliis admini-
culis iuuetur, *y*

SCHOLIA.

- a** titulo, de fide instrumentorum, in iure civili & pontificio, & in nouella, de instrumentorum fide & cautela, creditur & literis episcopi, iāquam publico instrumento, ca. statumimus, 19. q. 3. ca. cura, 11. q. 3. ca. de consiliis, 18. dist. c. peruenit, de fidei iussor. cum similib.
- b** nempe per testes, l. sicut iniquum, 5. l. statum tuum, 6. l. instrumentis, 9. l. cum instrumentis, 10. & l. emancipatione, 11. de B testib. C. cum similib.
- c** ca. 2. ubi interpretes, de probatio. cap. statum, §. cum vero, & ibi gloss. de rescript. in Sext. aliter in voluntario & litis decisorio, l. admonendi, de iure iurand. Pand. fit & probatio per iuramentum in deperditione instrumenti, arg. l. fi. C. de proba. Item per creditur & iuramento pro deperditione rerum ex vi illata per aduersarium, l. si quando, C. unde vi, ca. in primis, 2. q. 1. c. fin. quod metus causa, fit etiam probatio expensarum factarum per iuramentum solum expendentis, c. cum olim propter, 14. §. iudices, de priuileg. l. sancimus, C. de iudic. taxatione, ubi ibi dicitur, premissa, & in can. offeratur, 3. q. 4. cap. constitutis, de procuratorib. & c. fi. quod metus causa.
- d** titulis de testibus, parem enim vim habent testes & instrumenta, nisi in priuilegio. l. in exercendis, C. de fide instrumentor. c. cum ad sedem, de restitu. spolia.
- e** notoria non indigent probatione, quia equiparantur sententia, l. emtorem, in prin. de actionib. emt. multa de notorio. in c. vestra, de cohabitatione cleric. & mulier. in can. manifesta, & ibi glo. 2. q. 1.
- f** c. adferre, 2. ca. literis, 12. c. tertio loco, 13. de presumt. ca. dixit dominus, 32. qu. 1. l. si qui adulteris, C. ad leg. Iuliam, de adulter. veruntamen maxima debent esse presumptiones, aliisque argumentis sociate, antequam ex illis in criminibus quispiam damnetur, c. literas, 14. de presumtione.
- g** c. ex studiis, 3. c. mandata, 6. c. cum in inuenite, 15. de presumt. c. semel, 8. de reg. iur.
- A** h. c. ferrum, 50. dist.
- i** d. c. 3. c. mandata, & c. pen. de presumt. lib. 2. tit. 23.
- k** c. 1. eod. tit. de presumt.
- l** c. nullus dubitat, 4. de presumt. qui enim subterfugit iudiciū, de iustitia sua causa diffidere presumitur, c. Christianus, 11. q. 1. c. decernimus, 3. qu. 9. ca. honoratus, 74. dist. quemadmodum dicitur de corruptore iudicis, qui amittit ideo actionem, quod dissidentia iusta sententia, in pecunia corruptionem spem negotii posuerit, l. 1. C. de pœna in dic. qui male iudica. lib. 7. C. tit. 49. & qui post commissum homicidium, statim & ante inquisitionem fugit, suspectus efficitur, quod conscientia patris sceleris aufugerit, atque fuga ea iudiciū facit sufficiens ad torturam, potissimum si sit homo vilis & reprobata vita, secundum Bart. ad l. si. nu. 5. de questionib. Imola ad ca. nullus, de presumt. Decius, confi. 234. nu. 3. incip. in effectu quaeritur, nisi facta inquisitione vel accusatione, metu carceris aufugerit, quo casu sola fuga non facit iudiciū sufficiens ad torturam, per rationem, quod liceat unicuique sanguinem suum quomocunque redimere, l. 1. de his, qui ante sentent. mort. sibi conciu. Pandect. & nemo teneatur se periculo exponere, ca. 1. de cleric. non resident. cap. cum persona, de priuileg. in Sext.
- m** c. fi. de presumt. c. vnic. de scrutinio. in ordine facien. ca. siquidem, 86. dist.
- n** l. merito, pro socio, P. l. super seruis, qui milita. non poss. lib. 12. C. auth. cōtra qui propriam, C. de nou. num. pecun.
- o** c. quosdam, 7. & ca. quanto, 8. de presumt. ca. quod dicitis, 16. dist. ca. cum in tua, qui matrim. accus. poss.
- p** Quia pro veritate habetur, ingenium, de stat. hom. P. l. res iudicata, de reg. iur. P.
- q** cap. 1. de confessis, l. certum, eod. tit. Pan. qua antem requirantur, antequam haec confessio probet, tractatur, in l. vnic. & ibi gloss. de confess. C. nempe, ut quis confiteatur contra se, quod natura non respuat, & in iudi-

in iudicio, sponte in presentia partis, de A quibus etiam vide Chassaneum ad §. 12. de retrahit. ad verba, & par le serment, nume. 1. & seq. in consuetud. Burgundia, censetur hac confessio antestare probationi testium vel aequalis illi, l. qui de inofficiosi, §. l. Titia. soluto matri. P.

r l. 2. C. de in ius vocan. l. cum te, C. de transf. act. c. quoniam per confessionem, de priuileg. nec tunc opus est testibus, ubi adest confessio. l. illam, ibi, quid opus est testib. B de testib. C.

s cap. cum causam, 13. de probatio. can. plures, 16. q. 1.

t ca. fin. de probatio. c. causam qua, de testib. sic attestaciones in vno iudicio recepta, valent in alio, §. quoniam multa, de testib. in nouellis. l. penult. & fin. C. de arbit. l. fin. de testibus. Quod verum intelligo, si inter easdem personas, vel inter succedentes in locum carum, & inter eos, qui alio modo ius habent ab iisdem, agatur, & si ad idem, cap. quamuis, de re iud. & ibi Innocentius, & idem, in ca. causam qua, eodem titul. & Ioannes Andreas ad clem. saepe, de verborum signific. Alioquin fidem non faciunt inter alias personas, c. veniens, de testib. quia res inter alios acta & iudicata aliis praiudicium adferre non solet. rubrica C. res inter alios acta, exceptis casib. notatis ad dictum c. quamuis, de senten. & re iud. vide Rotam decis. 410. si post diffinitiuam, in nouis.

v cap. per tuas, de simonia, c. cum dilectus, de successio. ab intesta. c. preterea, de testib. c. literis, & ca. 3. de presumptio. argumento, quod singula qua non prosunt cumulata iuuant, l. sancimus, C. de testa. l. nec non, §. si quis sepius, ex quibus causis maior. l. iudicia. C. de rei vind.

x Felinus ad c. cum causam, de probatio. col. 4. ubi multa post Bartol. ad l. 1. §. 1. versic. item Cornelia, de questio. & sic iudicatum in camera imperiali refert Mynsinger. centuria 2. observatio. 100.

y c. super eodem, §. §. fin. de eo qui cogn. con-

sanguineam uxorem suam, c. tam literis, 23. de testib. §. tua nos, 8. §. si vero publicum, de cohabitata. clericor. & mulier. adiuta autem fama aliis iudiciis & argumētis, probandi vim habet. c. cum causam, 13. versic. famam, de probatio. capit. preterea, 27. de testibus.

CAPVT. VI.

Effectus probationis.

Actor, qui plene probauit, non tenetur iurare, a item pro eo, qui melius & magis sufficienter probauit, ferenda est sententia, b alioquin neque ius, neque voluntas defuncti quicquam potest; ubi probatio deficit, c

SCHOLIA.

a c. 2. de probat.

b c. licet, 9. §. ex premissis, de probat. secundum allegata & probata, l. illicitas, §. veritas, de officio presid. P.

c l. 30. de testam. tutel. P.

DE TESTIBVS, a

TIT. XI.

a Agitur de testibus & attestacionibus lib. 2. decretal. tit. 20. libro 2. Sext. tit. 10. lib. 2. clement. tit. 8. & in titulo de testib. cogendis lib. 2. decretalium tit. 21. & titulo ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitiuam, eod. lib. 2. tit. 6. & lib. 22. P. tit. 5. lib. 4. C. tit. 20. in nouell. de testib. 9.

CAPVT I.

Continuatio & quid testes.

VM autem probationes, vt dictum est, aut testibus aut fide tabularum consent, a post tractationem de probatione E in genere, ad speciem & ad testes perueniendum est, postea ad fidem instrumentorum. Testes antiquitus dicebantur, quasi superflites, eo quod super causæ statu producebantur, nunc parte priore nominis ablata, testes vocantur. b

Effff